



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Historiam Complectitur vniuersæ Paßionis Dominicæ

Puente, Luis de la

Coloniae, 1614

Med. 48. De tenebris, super vniuersam terram; & quarto Verbo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54653)

liberalitatem, dando mihi in hac vita intimam cordis deuotionem erga tuam Matrem; cuius interuentu obtenturum me spero ingressum in Paradisum, vbi tecum & cum illa regnem in æternum.

MEDITATIO XLVIII.
DE TENEBRIS, QUAE
facta sunt super uniuersam terram,
& de verbo quarto,
quod Christus dixit
in Cruce.

PUNCTVM I.

a Matth. 27.
45.
Marc. 15. 33.
Luc. 23. 44.
S. Thom 3.
p. q. 44. a. 2.



VM fuisse CHRISTVS crucifixus, a sexta hora (quæ est in meridie) tenebrae facta sunt super uniuersam terram, vsq; ad horam nonam, quæ est tertia post meridiem.

CONSIDERANDAE hic sunt causæ, ob quas Deus Dominus noster, prodigiosas hæc tenebræ euenire voluerit, eclipsato sole in tali occasione, & tanto tempore.

PRIMA causa, fuit vt ostenderet iustitiam in populum illum ingratißimum, ob ædè atrox delictum, in ipsum Christum admissum: indigni siquidem erant solis materialis luce, qui iustitiæ Soli vitam adimebant.

Dein-

Deinde externæ illæ tenebræ, internas miseræ illius plebis, in quibus tunc erant; & æternas, in quas ob suam obstinationem erant deventuri significabant.

II.

DEINDE vt Christi Domini innocentiam & maiestatem hoc miraculo patefaceret, iubendo Solem obscurari, terramque eo luctu contegere, ob sui Creatoris mortem; vt quo modo poterat, dolorum eius & ignominie compassionem ostenderet, & sua luce occultata, occasionem subtraheret persecutibus, eum subsannandi, & blasphemis blasphemias addendi; eosdemque obscuritate illa cogeret se inde retrahere. O vere Sol iustitiæ, iustum omnino est, materialem hunc solem obscurari, te præ tristitia obscurato, & iam occasui proximo, vt transeas ad alterius vitæ hemisphærium. Sed æquius adhuc fuisset, si ego de morte tua fuisset contristatus, cuius etiam fui causa. Ne quæso permittas aded me excecari, vt non assequar, quàm sit rationi consentaneum, me contristari, nec aded indurescere, vt tot patienti tormenta non compatiar.

III.

ORDINAVIT præterea CHRISTVS Dominus noster hasce tenebras, vt repentina illa nocte superueniente, motus & strepitus cessaret turbæ; & sic ipse liceret in maiore quiete tres illas horas, in præparatione sua ad mortem; & feruentiori oratione & lacrymis, pro nobis fundendis expendere; sicut tempore suæ prædicationis,

con-

consuevit totos dies in officio suo & conuersatione, cum hominibus ponere; nocte autem superueniente, se recipere ad montes, vt oraret; quod totum faciebat, non quasi ipse indigeret, sed vt nos instrueret, & exemplum daret. Ita in monte Caluario, extensus & affixus in cruce manibus, postquam officia pietatis, quæ retulimus, expleuit; voluit tribus illis tenebrarum horis, totum se dedere orationi, quam pro omnibus, quos in memoria sua presentes habebat offerret, quorum quia ego sum vnus, etiam pro me illam applicabat. Vt, iuxta Apostolum, *b consummatus, factus sit omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ.* O dulcis IESU, doce me ea quiete & spiritu orare, quo tu his tribus horis orasti: & excita torporem meum, vt vtilitatē capere dicam ex tempore, quod in hac vita mihi conceditur; vt feruore magno ad mortem me præparem.

b Heb. 5 9.

IV.

LICET etiam existimare, beatissimam quoque Virginem expendisse totum idem tempus, in ferenti valdè oratione, eleuando spiritum suum ad altissimam contemplationem, non affectuum gaudij aut exultationis, sed insignis doloris, ad imitationē filij sui. Et idem fas est credere fecisse Sanctum Ioannem, bonumque latronem, ipsius Christi Domini instructu per mortos, qui illis ex cruce internè loquens, dixerit: *vigilate & orate mecum, vt non succumbatis tentationi.*

PUNCTVM II.

CIRCA horam nonam (quæ est tertia post meridiem) clamavit IESVS voce magna ELI ELI LAMMA SABATHANI, hoc est, Deus meus Deus meus, vt quid dereliquisti me. Matt. 27. 46
Marc. 15. 34

HOC fuit QUARTVM VERBVM, quod Christus in cruce paulò antequam exspiraret, est locutus; & quidem voce magna, vt omnes intelligeret eum adhuc viuere, & vt affectum ostenderet, quo illud proferebat, afflictissimum videlicet, ob internam desertionem, quæ grauius ipsum afficiebat. Hæc desertio, in duabus rebus apparuit; PRIMA, quod Pater æternus sineret illum tamdiu pati, nec liberaret ab atrocibus adedò doloribus, quos proferebat. quo modo desertionis Deus vtitur erga iustos, in illorum commodum, qui tamen in Christo ipso fuit acerbissimus: quia nulla in re quietem inueniebat. Caput enim quiescere non poterat in cruce, absque nouo dolore; manus non poterant corpus sustinere, nisi dolore ingenti lacerarentur; nec pedes eiusdem corporis pondus sustinere poterant, quin vulnera magis aperirentur: quare ex omni parte discernens afflictum, magno clamore vocem extulit in coelum, dicens; Deus Deus meus, vt quid me dereliquisti.

I.

SECUNDÒ apparuit illa desertio quod diuinitas humanitatem, quoad sensibiles consolatione-

II.

lationes & solatia, ita permiserit pati tristitias, & agonias, ut à tempore orationis in horto, usque ad ipsam expirationem durarent: ne verò fortè quis existimaret, eius patientiam, ab insensibilitate procedere; & quod aliorum curam se gerere ostendisset, id ex eo procedere, quod suas ipse poenas non sentiret; voluit hoc verbo ostendere, quàm graviter illas sentiret; dicens, *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti*; & ne contra intelligeremus, eam querimoniã, ex desperatione aliqua proficisci, sed potiùs ex amore, ob rationem prædictam, non dixit *Deus, Deus*; quare me dereliquisti? sed dixit *Deus meus, Deus meus*, atque si diceret, omnium quidem es Deus, quia omnibus das esse, quod habent; at multò magis es Deus meus, quia diuinum tuum esse mihi communicas, & speciali me amore diligis, & ego te: quare ergo in hac me tribulatione derelinquis? O bone IHSV, non opus est, ut iterum Angelus veniat de cœlo, sicut cum esset in horto, ut in hac te afflictione confortet, & causas reddat, huius desertionis; siquidem in proximo est eius finis; sed eas tamen Domine, ego tibi adferam, ut scilicet in me pateat immensa charitas tua: ego enim te deserui, recedens à voluntate tua: ut meam explem: ideo, tu vis deseri à Patre tuo, ut ea desertione id promerearis, ne vnquam eius misericordia me deserat. Sic etiam patientiã mihi exempli præbens, si quando similem experiar desertionem: neque enim magnũ quid est; si quãdo

expe-

experiatur discipulus, quod eius Magister fuit
perpeffus. O Magister dulcissime, *b ne me de-*
relinguas vsquequaque; & cū defecerit vir-
tus mea, ne me derelinquat gratia tua.

b psal. 118. 2.

c psal. 70. 9.

III.

DENIQUE licet perpendere, Christum
Dominum nostrum, de alia desertione cōque-
ri, quæ multo magis eum premebat, quam præ-
dicta: videbat enim se à discipulis desertum,
& à populo illo Hebræo, & multa millia ho-
minum, ipsum esse desertura, fidem in ipsum
abijciendo, sacramenta ipsius conculcando, &
fructus passionis eius, quos capere poterant
contemnendo. O dulcis I E S U, non miror de
hac te desertione conqueri; siquidem tua redē-
ptio adeo est copiosa, passio vero tot pænis &
doloribus plena, & vix tamen fit, qui fructum
ex ea capiat. O protector noster, quam te vi-
deo in hoc mundo desertum; nam aliqua nati-
ones non volunt fidem tuam recipere; aliæ re-
ceptam abijciunt; aliæ etsi fidem retinent, le-
gemque tuam recipiunt; eam tamen non ser-
uant; & alij alios ita deserunt, vt te in singulis
deserant, qui dixisti: *d quod vni ex minimis*
meis fecistis, mihi fecistis. O Pater æterne, ne
filiū tuū ita deseras, sed quoniam tam
strenuè in passione sua se gessit, ef-
fice, vt ab omnibus propter il-
lam agnoscatur & ado-
retur.

d Matt. 25.

40.

PUNCTVM III.

L

QVAMVIS Christus Dominus, solum prædicta verba, voce magna dixerit, quæ principium sunt Psal. 21. qui totus est de eius passione, piè credi potest ipsi submissa voce reliquum psalmi persecutum fuisse, referentem Patri suo labores omnes, in illo expressos, sed præcipuè & maiori animi angustia, illa verba, *a erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam; salua me ex ore Leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam.* Frameam appellat mortem; ad quam est à diuina iustitia damnatus; canem verò Caipham cum reliquis suis persecutoribus, qui famam eius mordebant; leonem, Pilatum cum reliquis eius ministris & satellitibus, qui tot illum tormentis lacerabant; vnicornes denique potestates infernalium rebrarum, qui suos hostes, contra ipsum permovebant: Hæc, inquam verba singulari & vehementi sensu dixerit Christus: quod insinuat

a Psal. 21. 21.

meam, & de manu canis vnicam meam; salua me ex ore Leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. Frameam appellat mortem; ad quam est à diuina iustitia damnatus; canem verò Caipham cum reliquis suis persecutoribus, qui famam eius mordebant; leonem, Pilatum cum reliquis eius ministris & satellitibus, qui tot illum tormentis lacerabant; vnicornes denique potestates infernalium rebrarum, qui suos hostes, contra ipsum permovebant: Hæc, inquam verba singulari & vehementi sensu dixerit Christus: quod insinuat

b Hebr. 5. 7.

Apostolus dicens, de eo, *b qui in diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad eum, qui posset illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis obtulit.*

II.

DEINDE perpendendum est, quàm grãtiter senserit Virgo sacratissima, lamentabilem hanc filij sui vocem, quæ per aures ingressa, ad ipsum vsq; cor penetrauit; quod mox ad æternum Patrem eleuans, supplicauerit, ne filium suum

suum

suum afflictum defereret; & cum ipsa versatissima esset in Psalmis Dauidicis, fas est credere, quando diuinus ille musicus, filius eius flebili sua voce psalmum illum incepit, ipsam in corde suo simul cum ipso reliquum esse prosecutam, dolentem, ob illos cruciatus, qui in eo Psalmo de filio suo referuntur, quos re ipsa in ipso impleri experiebatur; decet itaque eodem me spiritu eundem psalmum dicere, ruminantem & hærentem in singulis eius verbis.

ULTIMO perpendam, quod *c quidam illic stantes, & audientes* illud verbum **ELI** *ELI*, dicebant, *Eliam vocat iste: & alij dicebant sine videamus an veniat Elias liberans eum.* Hoc dixerint peruersi illi Christi hostes, ut Christum subsannarent ludentes in illo verbo, *Eli*, atque si dicerent, adeò iste est miser, ut se ipsum saluare non possit, ideoque lamentatur, & Eliæ fauorem expetit. Hac ratione torquebant illi verba nostri Redemptoris, ut ei illis illuderent, id permittente eius bonitate, ut omnibus modis in cruce torqueretur. Ne permittas Domine, ut ego tua verba distorqueam, nec illis utar in alium finem, quam in diuinam tuam gloriam, & obsequium; & quoniam sunt *d verba*

vita eterna, concede mihi vt

eam illis obtineam.

Amen.

III.

c Matt. 22. 47.

d Iann. 6. 69